



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. VI. De incontinentia consuetudinaria & naturalia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

*Alio argumento idem ostendas?*

Ei potius ignoscendum est, qui cupiditates sequitur naturales: Iracundia autem natura potius data est, quam cupiditates: Ergo iracundus magis venia dignus est, quam qui ob pravas cupiditates incontinens dicitur.

## CAP. V.

De differentia pertinacis &amp; continentis.

*Potestne continens etiam appellari pertinax?*

Sunt quidem similes quodammodo, quia uterque permanet in opinione: Sed in hoc differunt, quod continens semper in vera, pertinax autem in qualibet persistat: adeo ut nullis rationibus, quantumvis melioribus, a proposito se dimoveri patiatur; & hi recte possunt nominari *ἰσχυρογνώμονες* & *ἰδιογνώμονες*, *Hart sinnige vnd Halbstarrige Leute.*

*Estne simpliciter incontinens nominandus, qui in sententia non persistit, cujuscumque tandem mutata fuerit quod secum constituit?*

Nequaquam: Sed is tandem, qui ob turpem mutat propositum: neque enim Neoptolemus incontinens est dicendus propter ea, quod sententiam mutavit, cum Ulyssi permisisset mentiri.

## CAP. VI.

De incontinentia consuetudinaria &amp; naturali.

*Quorum*

*Quorum incontinentia sanari potest facilius, eorumne qui consuetudine, an qui natura eam contraxerunt?*

Eorum qui consuetudine incontinentes sunt. Est enim facilius mutare cōsuetudinem, quàm naturam: quippe cūm propterea molesta sit consuetudo, quod naturam proximè accedat, ut Ælianus inquit:

*Consuetudo valet longos mansura per annos, Illaq<sub>3</sub> naturam, vires si sumpserit, aequat.*

LIBER VIII ETHICORUM.

Argumentum libri octavi.

*Absolvit hæctenus Aristoteles omnem de virtutibus doctrinam, genera, eorumque species universas proponens & explicans. Sed cūm amicitia, de qua libro quarto differendum fuerat, prolixior tractatum requireret, eum ad finem usq<sub>3</sub> conseravit. Sic igitur reliquis omnibus absolutis, nunc primūm copiose amicitiam proponit in sequentibus duobus libris, octavo & nono.*

CAP. I.

De amicitia, ejusque causis.

*Quid est Amicitia?*

*Ἐστὶν ἑὺνοια καὶ ἀγαπῆ περὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἀδελφεία: Amicitia est benevolentia non latens, in mutua affectione consistens.*

*Cic. in Laelio eleganter de amicitia dissertit & Plato in Dial. De amor.*